Εἷς ἀστὴρ ἐπέχει.

ἑξῆς δέ φησιν.

Λαιὴ δὲ κνήμη, καὶ ἀριστερὸς ὦμος ἐπ' αὐτοῦ
Περσέος.

[20] πολὺ δὲ καὶ ἐν τούτοις ἀποσφάλλεται τῆς ἀληθείας· ὁ γὰρ ἐν μέσῳ τῷ σώματι τοῦ Περσέως λαμπρὸς ἀστὴρ βορειότερός ἐστι τοῦ ἰσημερινοῦ μοι. μ'. τοῦ τροπικοῦ ἄρα βορειότερός ἐστιν μοι. ις'. ὅ ἐστι πλέον ἡμίσεως μέρους ζῳδίου. πολλῷ ἄρα μᾶλλον ὁ ἀριστερὸς ὦμος βορειότερός ἐστι τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ. κεῖται γὰρ ὁ Περσεὺς τῇ θέσει, ὥστε τὰ μὲν πρὸς τῇ κεφαλῇ μέρη εἶναι αὐτοῦ πρὸς ταῖς ἄρκτοις· τοὺς δὲ πόδας πρὸς μεσημβρίαν· μικρὸν πρὸς ἀνατολὰς τῆς κεφαλῆς ἀποκλινούσης.

Περὶ δὲ τῆς Ἀνδρομέδας φησίν·

—— Ἀνδρομέδης μέσσην ἀγκῶνος ὕπερθε
Δεξιτερὴν ἐπέχει.

& aliàs ita loquitur:

Hujus autem quantum concavum sub Oceanum occiderit,
Tantum supra terram fertur: per omnem verò noctem
Sex semper occidunt duodecimæ circuli:
Totidem oriuntur. tantam autem ad longitudinem quævis
Nox semper extenditur, quantum dimidium circuli
Ineunte ab nocte attollitur supra terram.

In his, inquam, omnibus nulla constantem latitudine, sed ejus contrà penitus expertem delineare circulum mihi quidem videtur. si quidem conjectus oculi rectus est: idémque sexies maximum, & latitudine carentem, non ea præditum circulum metitur. zodiaci quoque singulis diebus, ac noctibus semicirculus oritur & occidit, cùm sol in circulo neque lato & media signa permeante fertur: quod fieri non posset, si latitudinis ei circulo aliquid inesset. Potest & aliis compluribus argumentis ostendi; non aliter ac Mathematici faciunt latitudine carentes circulos ab Arato constitui.

De lacteo verò circulo deinceps agens scribit, è circulis quatuor duos æquales esse; reliquos duos haud paullò minores, his versibus:

De lacteo circulo error Arati.

Hàic porrò colore quidem similis nullus prætereà circulus
Versatur: sed magnitudine tanti quatuor existentium
Duo; duo verò ipsis longè minores volvuntur.

Quod ipsum ne carere quidem reprehensione mihi videtur ab eo dictum, multò minores esse tropicos æquinoctiali, ac zodiaco. minùs enim undecima parte ab his illi superantur.

De stellis, quæ in utroque Tropico, & æquinoctiali sitæ sunt, hunc in modum scribit Aratus:

Horum alter quidem prope est descendentem boream.
In eo verò utrumque caput Geminorum fertur:
Ibidémque genua sunt aptati Heniochi.

Atqui geminorum capita non sunt in æstivo tropico: si quidem tropicus æstivus æquinoctiali circulo borealior est partibus circiter 24. Geminorum verò succedens caput borealius est æquinoctiali partibus 30. antecedens partibus 33 $\frac{1}{2}$. Ita alterum parte quinta unius signi borealius est æstivo tropico: alterum ferè tertia.

De Geminis error ejusdem.

Ceterùm Heniochus nullas in genibus stellas habet. Quòd si quis exiguarum obscuras aliquot ibidem collocat, imperitè facit. Nam proximè tropicum circulum illius sunt pedes. Quæ enim est in sinistro, borealior est æquinoctiali partibus 27. quæ in dextro, partibus * * *. Neque verò dici illud potest, quas in pedibus stellas ponimus, eas in genibus ab illo constitutas esse. Etenim quod in dextro pede nos esse dicimus, ibidem quoque illud esse docet his versibus:

De Heniocho.

—— *Sinistri verò cornu summitatem*
Et pedem dextrum propinqui Aurigæ
Una stella obtinet.

Tum in sequentibus;

Lævum verò crus, & sinister humerus in ipso
Persei.

In quibus etiam plurimùm diffidet à vero. Nam lucida medio in Persei corpore borealior est æquinoctiali partibus 40. Tropico itaque borealior erit partibus 16. quod dimidia signi parte ampliùs est. Quamobrem eodem tropico multò borealior est humerus sinister. Etenim Persei situs est ejusmodi, ut partes illius ad caput positæ ad septentriones pertineant: pedes autem ad meridiem: ad orientem paullulùm declinante capite.

De Andromeda scribit Aratus; XXIII.

—— *Andromedæ mediam supra cubitum*
Dextram continet.

In

17 Ἔλασσον γὰρ ἢ τῷ ια'.] Manifesta ratio est, quam attigimus supra. Est enim eadem proportio maximi circuli ad Tropicum, gradibus quatuor & viginti ab eo recedentem, quæ est 1000, 000 sinus totius, ad 91355 sinum grad. 66, complementi distantiæ tropici. hoc est ut 11 ad $10\frac{6901}{100000}$.

18 Περὶ δὲ τῶν ἀστέρων.] De his circulis actum est lib. III, cap. VI.

19 Ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ.] Penè ex æquo distabant. Nam dextri pedis, & australis stella declinationem habebat ab æquatore boream versus, grad. 27, 47'. Hipparchi tempore. Sinister pes, grad. 27, 7'.

20 Πολὺ δὲ καὶ ἐν τούτοις.] Nimis confusè, & infinitè refellit. Nam ambo falsa sunt, quæ Aratus scripsit de sinistra tibia, & humero sinistro. sed hoc illo falsius; ut ex Tropici Eudoxei descriptione constat, quam lib. III, cap. VI proponimus. Itaque argumentatio, quam Hipparchus affert, neque de sinistro humero rem conficit; neque de tibia, ut ibidem adnotamus. Stella, quæ est in sinistro Persei humero, declinabat ab æquatore Eudoxi tempore, gradibus 37, 17'; à Tropico gradibus 13, 17', Hipparchi verò ætate ab æquinoctiali, gradibus 38, 34', à Tropico 14, 34'. utrobique minùs quàm lucida quæ est in latere.

21 Ἀπέχει

De Andromeda error Arati.

In quo fugit illum ratio. Quæ enim in dextro sunt illius humero, borealiores sunt tropico. Nam cùm sint stellæ tres, quæ ex his australior est, ab æquinoctiali declinat in boream partibus ampliùs 30. Trium verò, quæ sunt in dextra manu, australior æquinoctiali borealior est partibus 32. Ex iis evidens est, flexum cubiti borealiorem admodum esse tropico, non, ut Aratus putat, australiorem.

Pergit idem;

Ungulæ verò equinæ, & collum Cygninum
Extremo cum capite.

Cujusmodi stellas ungulis affigat Equi non satis constat. verùm ex iis, quæ de Cygno ait,

——— *ad dextram manus*
Cephei, pennæ dextros limites ostentans,
Sinistræ autem alæ ungula acclinata est Equi;

haud longè à veritate esse videatur. Nam quæ est in extremitate alæ, borealior est æquinoctiali partibus 23. at Cygni rostrum borealius est æquinoctiali partibus 25, & 23. Huic citima, & in gutture quodammodo posita, borealior est æquinoctiali partibus 31. Quare perspicuum est neque caput Cygni, neque collum in tropico æstivo circulo posse constitui.

Exinde scribit Aratus:

——— *præclarique Ophiuchi humeri*
Ipsum volvuntur agitati circa orbem.

In Ophiucho error Arati.

In quibus plena est illius inscitia. Nam dexter humerus Ophiuchi longè propinquior est æquinoctiali, quàm tropico. sinister autem unius signi triente australior est tropico. Quippe dexter humerus borealior est æquinoctiali partibus circiter 7. sinister partibus quàm proximè 15.

Rursus Aratus.

Paullò autem fertur australior; neque attingit
Virgo: sed Leo, & Cancer. hi quidem ambo
Ex ordine jacent inserti. sed circulus
Leonem quidem sub pectore, & ventre, usque ad inguina
Secat: continuè verò sub testa
Cancrum: ubi maximè bifariam sectum videas
Rectò; ut oculi à circulo eant utrimque.

Hæc apparentium fidei videntur ab illo consentaneè dicta. Nam earum, quæ in pectore Leonis, australissima, quam nonnulli in corde collocant, paullò est australior tropico. quæ verò post ipsam ad septentrionem posita est, paullò est australior tropico æstivo, tum ex iis, quæ ad femora, quæque in Leonis cruribus sunt quatuor lucidæ, secunda quidem à septentrione in femoribus posita borealior est tropico. tertia verò, quæ est in cruribus, eodem tropico est australior. Hinc evidens est leonem secundùm longitudinem ab illo circulo sub pectore, ilibúsque dividi. Ceterùm de quatuor iis stellis, quæ sunt in Cancro circa nubeculam; alia est australior tropico non minùs parte 1. quæ autem borealior est earumdem, tropico circulo borealior est minùs parte 1. ambarum verò, quæ ab oriente circa nubeculam sitæ sunt, australior in ipso propè tropico collocata est. borealior autem, & ad septentriones vergens abest ab eodem partibus ferè 2½. Liquet ergo quæ de Cancro à Poëta prodita sunt, quàm proximè ad apparentium experimenta congruere.

Sic est autem existimandum de Cancro, Leone, Virgine, Equi pedibus: nec non de Perseo, genibus Heniochi, Geminorum capitibus, priùs Eudoxum Arato scripsisse. adeo ut hic illum, mea quidem sententia, sit secutus. Verùm Ophiuchi caput, non humeros in tropico esse sitos Eudoxus asserit. quod & ipsum est quidem falsum: sed tamen tropico vicinius est humeris caput. est enim æstivo tropico septem ferè partibus australius. Porrò Cygni collum, & sinistram alam in tropico circulo collocavit Eudoxus: nec non dextram Andromedæ manum. Quamobrem ex iis intelligimus, quantum in istis alter altero ab apparentiis magis abscedat. at Eudoxus privatim serpentis collum, quem Ophiuchus tenet, ac dextram Ingeniculi manum in tropico statuit. quod apparentium fidei consonat.

XXIV. Tropicus

Jam quæ in hiberno tropico sunt, Aratus ita describit,

hibernus Arati.

Alius autem in opposito austro medium Capricornum
Secat, & pedes Aquarii, & Ceti caudam.
Inest item ei Lepus; ceterùm Canis non valdè magnam partem
Aufert: sed quantam occupat pedibus. inest & Argo:
Et magnum Centauri dorsum. inest & aculeus
Scorpii. inest & arcus inclyti Sagittarii.

In his cetera quidem cum apparentibus conveniunt. verùm quæ sunt in aculeo scorpii stellæ, australiores sunt hiberno tropico partibus ampliùs 8. Verius itaque sit medium scorpii in ipso hiberno tropico ponere. At Eudoxus, cùm in aliis similiter atque ille sentiat, flexum tamen fluminis in tropico situm esse dicit, & Canis pedes ad caudam. in eodem quoque Feram constituit, quam tenet Centaurus. in quo quidem & ipse fallitur. Est enim Fera multò, quàm hibernus tropicus, australior. Eudoxi tropicus idem.

De æquinoctiali circulo Arati verba sunt: XXV. Æquinoctialis circulus Arati.

Signum autem ei Aries, Taurique genua posita sunt.
Aries quidem in longitudinem ductus per circulum:
Tauri verò crurum quanta apparet geniculatio.

Hæc verò de Ariete imperitè dicuntur. Totus enim æquinoctiali circulo borealior est, solâ exceptâ stellâ, quæ est posterioribus pedibus. hæc enim in circulo æquinoctiali vehitur.

Pergit Aratus:

Ibidem est & zona splendidi Orionis,
Et flexus ardentis hydræ. inest ei & levis
Crater. inest & Corvus.

Atqui Orionis est quidem in æquinoctiali zona posita: Draconis verò spira, & Crater, atque Corvus longè sunt australiores æquatore. nisi quòd partes illæ, quæ sunt Corvi caudæ propiores, ad æquinoctialem accedunt.

——— *Insunt autem,* ait, *stellæ non valdè multæ*
Chelarum. insunt & Ophiuchi genua.

Verùm Chelarum lucida tantummodò stella, quæ est in borea chela, ad æquinoctialem accedit. ceteræ longè sunt australiores ipso. Ophiuchi verò genua australiora sunt æquinoctiali; sinistrum quidem partibus 3½; dextrum verò ampliùs 10.

Secundùm hæc Aratus,

Non tamen ab Aquila (inquit) *disjungitur: sed valdè propè*
Jovis volitat magnus nuncius. etiam juxta ipsum
Equinum caput, & cervix volvuntur.

Quæ sunt veritati proxima. Eudoxus autem, cùm in reliquis non dissentiat, Chelarum medium ait in æquinoctiali situm esse; unà cum ala sinistra Aquilæ: nec non Equi lumbum, & Piscium borealiorem. Verùm nec Aquila contingit æquinoctialem; & quæ in lumbo est Equi, borealior est ampliùs partibus 3½. borealior verò Piscium æquinoctiali borealior est partibus circiter 10. Attalus autem omissâ particulari disputatione de his stellis, quæ in circulis insunt, quos suprà memoravimus, ita scribit: *Ea verò, in quibus explicat, per quasnam stellas transeat quilibet trium parallelorum * * * * * * * * cùm ii circuli per eas transire stellas nequeant, quas ille describit, enarrare idcirco nolui; quòd eorum tu scientiam ex usu, tractationéque dioptræ sis assecutus.* Verùm id imprimis oportebat, vel ceterorum ejus doctrinæ studiosorum gratiâ, si quidem intelligebat, exponere, quæ quantóve ex iis stellis australiores, vel borealiores esse viderentur æstivo tropico. Deinde, ut id comprehendatur unum, per eas stellas, quæ percensitæ sunt, non duci circulos, nihil opus est dioptra. Cùm enim aliæ haud paullò sint australiores; aliæ borealiores, statim aspectu ipso perspicuum est; neque circulum æquinoctialem, neque alterum æquidistantium per illas ipsas stellas posse perduci. Item Eudoxi.

Præter superiores illos circulos tres Eudoxus eas stellas describit, quæ sunt in arctico circulo: in eóque situm ait esse sinistrum Arctophylacis humerum, & superiora Coronæ, cum capite serpentis per Ursas transeuntis: item fidiculæ, ac dextræ alæ Cygni superiores partes: Cephei quoque pectus; & superiora Cassiepeæ. Deinde sub anterioribus XXVI. Arcticus circulus Eudoxi. Antarcticus.

terioribus majoris Ursæ pedibus, ac Leonis, usque ad Arctophylacis humerum, australior est semper apparente circulo Græciæ partibus ampliùs 4: Nam à boreali polo distat partibus 44, 15'. circulus verò semper apparens abest partibus 37. porrò superiora Coronæ, ac Fidiculæ minùs accuratè designata sunt. Non enim semper apparenti circulo vicina ista sunt; sed utrumque longè est australius. Nam borealior earum, quæ sunt in Fidicula, distat à polo boreali partibus 49. caput verò serpentis Ursis interjecti australius quidem est, sed semper apparenti tamen circulo citimum est. Quippe australior illarum, & in sinistro sita tempore abest à polo partibus 37, quot semper apparens circulus constat. Pectus autem Cephei apparente semper circulo est australius, ut suprà demonstravimus. Dextræ alæ Cygni superiores partes, & pes Cassiepeæ in apparente circulo non feruntur. Etenim borealior earum, quæ in extrema sunt ala dextra, distat à boreali polo partibus 40. borealior earum, quæ sunt in Cassiepea, & in pedibus sita, abest ab eodem polo gradibus 38. Quin & majoris Ursæ pedes borealiores feruntur semper apparente circulo. si quidem antecedens illorum à boreali polo removetur partibus ferè 24. succedens, partibus ferè 25. Verè itaque pronunciavit apparentem semper circulum transire inter Ursam, ac Leonem.

Antarcticus circulus Eudoxi. Jam in eo circulo, qui numquam apparet, quæ insunt astra, non videntur omninò. Proximè autem absunt, inquit, ab eo extremæ partes aquæ fluminis; & fundum Navis, ac gubernaculum. tum fera; nec non Ara. Item Sagittarii crus dextrum. quæ autem videtur ex Ægypto stella, in eodem continetur. Ex his quæ utcumque sunt veritati proxima, extra controversiam seponenda sunt. De ea verò stella, quæ Canopus dicitur, non rectè asserit, ipsam in apparente numquam circulo ferri. Est enim hæc australior earum, quæ sunt in gubernaculo, atque lucida, quæ à polo distat partibus 38½. At semper apparens Athenis circulus abest à polo partibus 37. In Rhodo verò, partibus 36. Constat igitur eamdem stellam borealiorem esse numquam apparente Græciæ circulo, ac supra terram videri posse; ut etiam circa Rhodum prospicitur.

XXVII. Colurus tropicorum Eudoxi. Pergit Eudoxus eas explicare stellas, quæ in coluris insunt, ac docet in horum altero situm esse medium Ursæ majoris, & Cancri; nec non Hydri collum, & de Navi quod puppem inter & malum intercedit. Deinde post semper latentem polum, caudam australis Piscis, & medium Capricorni pariter ac Sagittæ. eumdem præterea per Cygni collum, alámque dextram, ac per sinistram Cephei manum describi; tum per flexum serpentis, ac secundùm minoris Ursæ caudam.

De Ursa error ejusdem. Enimverò de Ursa penitus aberrat. Hujus enim præcedentes in capite, & quæ in anterioribus pedibus, in Leonis dodecatemorio sunt sitæ. Quînam ergo fieri possit, ut medium Ursæ in Cancri principio collocetur? At præcedentes in Hydri capite Cancri obtinent partes ampliùs decem. Planum est igitur, collum Hydri longiori adhuc ab eo circulo spatio distare.

XXVIII. Error item in Argo. Nam de Argo falsa sunt quæ idem ille scripsit. In australis verò Piscis cauda præcedens maximè distat à primo partibus ampliùs 23. Tantumdem ergo abest ab eo, quem dixi, circulo, nec in eo movetur. At sagitta quanta quanta est distat ab eodem circulo, nec ab eo media secatur. Nam præcedens in ipsa stella distat parte una. Quare bifariam ab illo circulo dividi non potest. Similiter & Cygnus totus ad orientem obversus est ei circulo. Hujus enim præcedens, & in extremo rostro sita, distat parte 1½. Ea-

ἄνωθεν. εἶτα ἀπὸ τοὺς ἐμπροσθίους πόδας τῆς μεγάλης ἄρκτου, καὶ τοῦ Λέοντος ἄχρι πρὸς τὸν ὦμον τοῦ Ἀρκτοφύλακος, * νοτιώτερός ἐστι τοῦ ἀειφανεροῦ τοῦ ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις, πλεῖον ἢ μοι. δ΄. ἀπὸ γὰρ τοῦ βορείου πόλου [21] ἀπέχει μοι. * μδ΄, δ΄· ὁ δὲ ἀεὶ φανερὸς κύκλος ἀπέχει μοι. λζ΄. τὰ δὲ ἄνωθεν τοῦ στεφάνου, καὶ τῆς λύρας ὁλοσχερέστερον εἴρηται. οὐ γὰρ συνεγγίζει ταῦτα τῷ ἀειφανεῖ κύκλῳ, ἀλλ' ἑκάτερον αὐτῶν πολλῷ νοτιώτερόν ἐστιν. ὁ μὲν γὰρ βορειότερος τῶν ἐν τῇ λύρᾳ ἀπέχει ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου μοι. μθ΄. [22] ἡ δὲ κεφαλὴ τοῦ διὰ τῶν ἄρκτων ὄφεως νοτιωτέρα μέν, ἐγγὺς δὲ τοῦ ἀειφανοῦς κύκλου φέρεται. ὁ γὰρ νοτιώτερος αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ κροτάφου κείμενος, ἀπέχει ἀπὸ τοῦ πόλου μοι. λζ΄· ὅσας καὶ ὁ ἀειφανὴς κύκλος. τοῦ δὲ Κηφέως τὸ στῆθος νοτιώτερόν ἐστι τοῦ ἀειφανοῦς κύκλου, ὡς πρότερον ἀποδεδείχαμεν. τῆς δεξιᾶς πτέρυγος τοῦ ὄρνιθος τὰ ἄνωθεν, καὶ τῆς Κασσιεπείας ὁ πούς, ἐπὶ τοῦ φανεροῦ κύκλου φέρεται. ὁ μὲν γὰρ βορειότερος τῶν ἐν ἄκρᾳ τῇ δεξιᾷ πτέρυγι ἀπέχει ἀπὸ τοῦ βορείου κύκλου μοι. μ΄. ὁ δὲ βορειότερος τῶν ἐν τῇ Κασσιεπείᾳ, ὅς ἐστιν ἐν τοῖς ποσίν, ἀπέχει ἀπὸ τοῦ πόλου μοι. λη΄. [23] καὶ οἱ πόδες δὲ τῆς μεγάλης ἄρκτου βορειότεροι φέρονται τοῦ ἀειφανοῦς κύκλου. ὁ μὲν γὰρ ἡγούμενος αὐτῶν ἀπέχει ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου περὶ μοι. κδ΄. ὁ δὲ ἑπόμενος περὶ μοι. κε΄. εὐλόγως οὖν φησὶ τὸν ἀειφανῆ φέρεσθαι μεταξὺ τῆς ἄρκτου, καὶ τοῦ Λέοντος.

Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀεὶ ἀφανοῦς κύκλου τὰ μὲν ἐπ' αὐτοῦ φερόμενα ἄστρα οὐχ ὁρᾶται. ἐγγυτάτω δέ, φησίν, αὐτοῦ ἐστιν τό τε ὕδατος τοῦ ποταμοῦ τὰ ἄκρα, καὶ τῆς Ἀργοῦς τὸ ἔδαφος, καὶ τὸ πηδάλιον. εἶτα τὸ θηρίον, καὶ τὸ θυμιατήριον. ἔτι δὲ τοῦ τοξότου τὰ δεξιὰ σκέλη. ὁ δὲ ἐξ Αἰγύπτου ὁρώμενος ἀστὴρ ἐστιν ἐν αὐτῷ. τούτων δὲ τὰ μὲν ἄλλα, ἐπεὶ κατὰ τὸν συνεγγισμὸν εἴρηται, οὐκ ἂν διστάζοιτο. ὁ δὲ καλούμενος Κάνωπος οὐκ ὀρθῶς λέγεται ἐν αὐτῷ τῷ ἀφανεῖ κύκλῳ φέρεσθαι. ἔστιν γὰρ οὗτος ὁ νοτιώτερος τῶν ἐν τῷ πηδαλίῳ, καὶ λαμπρός. [24] ἀπέχει δὲ οὗτος ἀπὸ τοῦ πόλου περὶ μοι. λη΄ S″. ὁ δὲ ἐν Ἀθήναις ἀειφανὴς κύκλος ἀπέχει ἀπὸ τοῦ πόλου περὶ μοι. λζ΄. ὁ δὲ ἐν Ῥόδῳ περὶ μοι. λς΄. δῆλον οὖν ὅτι ὁ ἀστὴρ οὗτος βορειότερός ἐστι τοῦ ἐν τῇ Ἑλλάδι ἀφανοῦς κύκλου, καὶ δύναται ὑπὲρ γῆς φερόμενος βλέπεσθαι· καὶ δὴ καὶ θεωρεῖται ἐν τοῖς περὶ τὴν Ῥόδον τόποις.

Πάλιν δὲ ὁ Εὔδοξος διασαφεῖ, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν κολούρων λεγομένων κύκλων κειμένους ἀστέρας, καὶ φησὶν ἐπὶ μὲν τοῦ ἑνὸς αὐτῶν κεῖσθαι τὸ μέσον τῆς μεγάλης ἄρκτου, καὶ τοῦ καρκίνου τὸ μέσον, καὶ τὸν αὐχένα τοῦ ὕδρου, καὶ τῆς Ἀργοῦς τὸ μεταξὺ τῆς τε πρύμνης καὶ τοῦ ἱστοῦ. εἶτα μετὰ τὸν ἀφανῆ πόλον τὴν οὐρὰν τοῦ νοτίου ἰχθύος, καὶ τὸ μέσον τοῦ αἰγόκερω, καὶ τὸ μέσον τοῦ οἰστοῦ. τοῦ δὲ ὄρνιθος διὰ τοῦ αὐχένος, καὶ τῆς δεξιᾶς πτέρυγος, καὶ διὰ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς τοῦ Κηφέως γράφεσθαι αὐτόν, καὶ διὰ τῆς καμπῆς τοῦ ὄφεως, καὶ παρὰ τὴν οὐρὰν τῆς μικρᾶς ἄρκτου.

Περὶ μὲν οὖν τῆς ἄρκτου ὁλοσχερῶς ἀγνοεῖ. οἱ γὰρ προηγούμενοι αὐτῆς, οἱ ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ οἱ ἐν τοῖς ἐμπροσθίοις ποσίν, ἀμφότεροι ἐν τῷ τοῦ λέοντος δωδεκατημορίῳ κεῖνται. πῶς οὖν δυνατὸν τὸ μέσον τῆς ἄρκτου ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ καρκίνου κεῖσθαι; τῆς δὲ κεφαλῆς τοῦ ὕδρου ἡγούμενοι ἐπέχουσι καρκίνου πλεῖον ἢ μοι. ι΄. δῆλον οὖν ὅτι πολλῷ πλεῖον ἀπολείπεται τοῦ εἰρημένου κύκλου ὁ αὐχὴν τοῦ ὕδρου.

Περὶ δὲ τῆς Ἀργοῦς οὐχ ὑγιῶς εἴρηται. τῶν δ' ἐν τῇ οὐρᾷ τοῦ νοτίου ἰχθύος μάλιστα ὁ ἡγούμενος ἀπέχει τοῦ α΄ πλεῖον ἢ μοι. κγ΄. τοσοῦτον ἄρα ἀπολείπεται τοῦ προειρημένου κύκλου, καὶ οὐκ ἐπ' αὐτοῦ φέρεται. ὁ δὲ οἰστὸς ὅλος ἀπολείπεται τοῦ προειρημένου κύκλου, καὶ οὐ διὰ μέσου τέμνεται ὑπ' αὐτοῦ. ὁ γὰρ ἡγούμενος ἐν αὐτῷ ἀστὴρ ἀπέχει ἀπὸ μοι. * α΄. οὐκ ἄρα δυνατὸν διχοτομεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ προειρημένου κύκλου. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ὄρνις ὅλος πρὸς ἀνατολὰς κεῖται τοῦ εἰρημένου κύκλου. ὁ γὰρ ἡγούμενος ἐπ' αὐτοῦ, καὶ ἐπ' ἄκρου τοῦ ῥύγχους ἀπέχει μοι. α΄ S″.

21 Ἀπέχει μοι. μδ΄.] Scribe, ut est in margine, μα΄, δ΄. Nam altera corrupta est, ut Hipparchus ipse demonstrat.

22 Ἡ δὲ κεφαλή.] Non solùm mendosus, sed mutilus etiam hic locus est. Primùm pugnare secum Hipparchus, ut se habet modò, videtur. Nam caput Draconis australius facit Arctico Græciæ circulo; & idem tamen præcisè in eo circulo reponit. siquidem utrumque gradibus septem & triginta distat à polo. Præterea cùm duo sidera proposuisset, quæ ab Arctico circulo, ubi ea collocarat Eudoxus, longiùs erant ad austrum remota; superiora coronæ pariter, ac lyræ. ubi de ambobus singillatim probare cœpit; unius lyræ meminit: de corona ne litteram quidem fecit. Desunt igitur illa, quibus quot partibus à polo corona distaret, aperuit. Finge Hipparchum ita scripsisse: post ista ἀπὸ τοῦ βορείου πόλου μοι. μθ΄. ὁ δὲ βορειότερος τῶν ἐν τῷ στεφάνῳ, μοι. νγ΄. ἡ δὲ κεφαλὴ τοῦ διὰ τῶν ἄρκτων ὄφεως ἐπὶ τοῦ ἀειφανοῦς κύκλου φέρεται. Borealior coronæ Hipparchi tempore distabat à polo gradibus ampliùs 53, ex nostris tabulis. sic & lyræ borealior partibus ab eodem polo aberat 51.

23 Καὶ οἱ πόδες δέ.] Falsò. Vide caput III, libri III.

24 Ἀπέχει δὲ οὗτος.] Canobus Eudoxi sæculo, ut & Hipparchi præcisè distabat à polo australi partibus 38, 30', ex nostris tabulis.

Quæ deinceps in duobus libris traduntur ab Hipparcho de συνανατολαῖς, & συγκαταδύσεσι, ea plus otii, operæque postulant, ut ad nostrarum Tabularum fidem exigantur. cujus rei cùm in multis jam periculum fecissemus, plura nos elaborare infiniti, ac molesti operis magnitudo deterruit. Nam & iis ipsis in stellis, quas designat Hipparchus, investigandis, atque è Ptolemæi, aut Tychonis laterculo seligendis non parum negotii est. &, ubi certi aliquid extricaveris, innumerabilis ortuum, & occasuum expedienda varietas; quæ vel acerrimum quemlibet cupidissimúmque frangere, ac delassare possit. Hic igitur commentationis istius modum faciemus. cetera Hipparcheæ doctrinæ, quæ quidem scire plurimùm ex omnibus interfit, ferè in nostris Dissertationibus explicata reperies.

Priusquàm verò manum de tabula tollamus, libet hîc ex Aëtio breve parapegma describere, in quo ortus, occasúsque stellarum aliquot expressit, ex Juliano, ut videtur, Kalendario sumptos. Nam ea res ad nostras Dissertationes non inutilis erit. & cum hoc Aëtii Hemerologio comparari poterit nostrum illud, quod ex Ovidio, Columella, & Plinio suprà pag. 60. confecimus.

α΄ S″. τῶν δὲ ἐν ἄκρᾳ τῇ δεξιᾷ πτέρυγι ὁ μάλιστα πρὸς δύσιν κείμενος ἀπέχει τοῦ α΄ οὐ πλεῖον ἢ μοι. ς΄ S″. οὐκ ἄρα δυνατὸν οὐδὲ τὸν αὐχένα τοῦ ὄρνιθος, οὔτε τὴν δεξιὰν πτέρυγα αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ εἰρημένου κύκλου κεῖσθαι.

Τοῦ γε μὴν Κηφέως ἡ ἀριστερὰ χεὶρ πολὺ ὅλως παραλλάσσει τὸν εἰρημένον κύκλον πρὸς ἀνατολάς. καὶ γὰρ οἱ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, οἱ ἡγούμενοι μάλιστα, τοῦ ὑδροχόου ἐπέχουσι πλεῖον ἢ μοι. ι΄. ὁ δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ λαμπρὸς ἀστήρ, ὁ ἐν τῷ ὤμῳ· ὅν τινες τιθέασι τοῦ ὑδροχόου, ἐπέχει μοι. κε΄. παρὰ μικρὸν οὖν β΄ ζώδια παραλλάσσει. περὶ μέντοι τῆς καμπῆς τοῦ ὄφεως, καὶ τῆς οὐρᾶς τῆς μικρᾶς ἄρκτου ὀρθῶς ἀπεφήνατο.

Ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ κολούρῳ φησὶ κεῖσθαι ὁ μὲν τὴν ἀριστερὰν χεῖρα τοῦ Ἀρκτοφύλακος, * καὶ μέσα αὐτοῦ κατὰ μῆκος. εἶτα τὰ μέσα τῶν χηλῶν κατὰ πλάτος καὶ τοῦ Κενταύρου τὴν δεξιὰν χεῖρα, καὶ τὰ ἐμπρόσθια γόνατα. μετὰ δὲ τὸν ἀφανῆ πόλον, καμπήν τε τοῦ ποταμοῦ, καὶ κήτους τὴν κεφαλήν, καὶ τοῦ κριοῦ τὰ νῶτα κατὰ πλάτος, καὶ τοῦ Περσέως τὴν κεφαλήν, καὶ τὴν δεξιὰν χεῖρα.

Ἡ μὲν οὖν ἀριστερὰ χεὶρ τοῦ Ἀρκτοφύλακος ἀπολείπεται τοῦ εἰρημένου κύκλου ὡς ἥμισυ μέρος ζωδίου· καὶ οὐκ ἐπ' αὐτοῦ φέρεται τοῦ διὰ τῶν ἰσημερινῶν σημείων κύκλου, ὡς Εὔδοξός φησιν. ὁ γὰρ ἡγούμενος τῶν ἐν αὐτῇ ἐπέχει χηλῶν πλεῖον ἢ μοι. ιγ΄. ἀγνοεῖ δὲ καὶ μέσον αὐτοῦ τὸ σῶμα κατὰ μῆκος ὑπὸ τοῦ εἰρημένου κύκλου τέμνεσθαι λέγων· ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀστὴρ ἐπέχει χηλῶν περὶ μοι. ις΄ καὶ δίμοιρον· ὁ δὲ ἐν τῷ δεξιῷ ποδὶ ἐπέχει χηλῶν περὶ μοι. κδ΄ S″δ΄· ὁ δὲ ἐν τῇ ζώνῃ λαμπρός, ἐπέχει χηλῶν περὶ μοι. ιδ΄ καὶ γ΄. ὁ δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τοῦ Κενταύρου, ἀπολείπεται τοῦ εἰρημένου κύκλου περὶ δ΄ μέρος ζωδίου. ἐπέχει γὰρ χηλῶν μοι. η΄. ἡ δὲ κεφαλὴ τοῦ κήτους ἀπολείπεται μὲν τοῦ προειρημένου κύκλου· οὐ πολὺ δέ. ὁ γὰρ σύνδεσμος τῶν ἰχθύων, ὃς κεῖται μετὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ κήτους ἐπὶ τῆς λοφίας αὐτοῦ, ἐπέχει κριοῦ μοι. γ΄, δ΄. καὶ μὴν οὐδὲ τοῦ κριοῦ τὰ νῶτα ἐπὶ τοῦ εἰρημένου κύκλου κεῖται· ἀλλὰ ἀπολείπεται πλεῖον ἢ τρίτον μέρος ζωδίου. ὁ γὰρ ἐν μέσῳ τῷ νώτῳ αὐτοῦ κείμενος ἀστὴρ ἐπέχει κριοῦ μοι. ια΄ S″. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ Περσέως ἥ τε δεξιὰ χείρ, καὶ κεφαλὴ ἀπολείπεται τοῦ εἰρημένου κύκλου περὶ τρίτον μέρος ζωδίου.

rum verò, quæ in extremitate sunt alæ dextræ, quæ ad occidentem maximè spectat, abest à priori parte non ampliùs 6½. Non potest igitur ne collum quidem Cygni, neque dextra ejus ala in illo circulo collocari.

Jam sinistra Cephei manus longè ab eodem circulo declinat ad orientem. Nam quæ sunt in illius capite, præsertim antecedentes, Aquarii partem obtinent ampliùs decimam. Lucida verò, quæ est in sinistra manu, quam humero quidam attribuunt, Aquarii obtinet partem 25. Propemodum ergo signorum duorum intervallo declinat. De flexu serpentis, & cauda minoris Ursæ rectè ille statuit.

XXIX. Colurus æquinoctiorum Eudoxi. In altero coluro sitam esse scribit sinistram Arctophylacis manum, ac per medium ipsum transire secundùm longitudinem. deinde Chelarum medium secundùm latitudinem. Centauri prætereà dextram manum, & anteriora genua. post numquam apparentem polum, flexum fluminis, & Ceti caput, & Arietis terga secundùm latitudinem: Persei caput cum dextra manu.

Atqui læva manus Arctophylacis abest ab isto circulo intervallo ferè dimidii signi: nec in ipso circulo sita est, qui per æquinoctialia puncta transit; ut Eudoxus affirmat. Etenim antecedens earum, quæ in illa sunt, Chelarum obtinet partem ampliùs 13. Præterea in eo quoque hallucinatus est, quòd medium corpus illius, secundùm longitudinem, ab eo, quem diximus, secari circulo putat. Etenim quæ est in ejus capite stella, Chelarum partem obtinet circiter 16⅔. quæ in dextro pede, Chelarum circiter 24, 45'. quæ in zona est lucida, Chelarum ferè partem 14, 20'. quæ in dextra Centauri manu, abest ab illo circulo quadrante circiter signi. Nam Chelarum partem obtinet 8. Caput porrò Ceti distat quidem ab eodem circulo; sed non magno spatio. Quippe nodus Piscium, qui post caput Ceti positus est, in ejúsque cervice, obtinet Arietis partem 3, 15'. Sed nec Arietis terga in illo eodem circulo collocanda sunt. à quo ampliùs signi triente distant. Nam quæ stella inest in medio illius tergo, Arietis obtinet partem ampliùs 11½. Sic & Persei tam dextra manus, quàm caput absunt ab eodem circulo unius signi circiter triente.

ΙΠΠΑΡΧΟΥ
ΤΩΝ ΑΡΑΤΟΥ, ΚΑΙ ΕΥΔΟΞΟΥ
ΦΑΙΝΟΜΕΝΩΝ ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

HIPPARCHI
ENARRATIONUM
AD ARATI, ET EUDOXI
PHÆNOMENA
LIBER SECUNDUS.

I. NUnc ad ea, quæ de Arati, & Eudoxi phænomenis disputata sunt hactenus, tractationem adjungemus orientium, occidentiúmve cum sideribus zodiaci partium; ut tam illa demonstremus, in quibus ambo veritatem assecuti sunt; quàm quæ ab apparentium aliena fide prodiderunt.

Imprimis Aratus explicare volens, quemadmodum ex ortu occasúque siderum certa noctis hora colligi possit, his versibus expressit:

Nec sanè contemnendum observanti diem fuerit,
Partium considerare quando oriantur singulæ.
Semper enim cum illarum una oritur ipse
Sol. has verò deprehenderis maximè
In ipsas intuens. Verùm si nubibus obscuræ
Sint: vel monte occultatæ oriantur;
Indicia coorientibus idonea facito.
*Ipse autem maximè ab * extremis utrimque suppeditaverit*
Oceanus; quæ multa circumvolvit sibi ipsi
Ab infimo, quum illarum volvat unamquamque.

* Id est ab ortu & occasu.

Arati opinio. Hîc igitur affirmat, sic à nobis potissimùm horam investigari posse, si duodecim ipsorum zodiaci signorum quodlibet exoriri videamus. Etenim qui quo in zodiaci signo, & quanam ejus parte sol versetur intelligat, nec ignoret sex per omnem noctem ascendere signa; eum verò nullo negotio putabat ex ortu signi de noctis hora conjecturam posse facere. Sin est ut vel montibus, vel nubibus interpositis, oriens signum prospici nequeat, reliquis è stellis, quæ extra zodiacum sitæ, horizonti citimæ sunt, oriens signum deprehendi posse; si hoc animadverterimus, cujusmodi sidera cum unoquoque signo ortum, occasúmque faciant.

II. Refellitur falsa Arati sententia. Sed in eo primùm hallucinatur, quòd existimet ad investigandam noctis horam satis esse ratiocinando colligere, quot ad ortum solis adhuc signa supersint. Tum id enim verum foret, si æquali tempore signum quodvis oriretur. Quoniam verò latum discrimen est in duodecim signorum ortibus: qui ratione illa uti velit, horam noctis assequi nullo modo poterit. Sed illud mirari subit, quomodo huic etiam doctrinæ subscriptor Attalus accedat. Ita quippe loquitur: *In sequentibus porrò demonstrare conatur qua ratione quispiam è sideribus nocturnam horam conjectari poterit. Nam cùm sit noctis initium solis occasus: sol autem duodecim signorum semper in aliquo versetur; perspicuum est, qui id cognoverit, in quo signo sol positus sit, & qua ejus signi parte, facilè animadversurum esse, quod signum, & qua*

Τοῖς προειρημένοις, ὦ Αἰσχρίων, περὶ τῶν ὑπὸ Ἀράτου καὶ Εὐδόξου καταγεγραμμένων ἐν τοῖς Φαινομένοις, συνάψωμεν νῦν τὸν περὶ συνανατολῆς, καὶ συγκαταδύσεως τῶν ἄστρων λόγον, ὑποδεικνύντες ὅσα τε δεόντως ὑπ' αὐτῶν εἴρηται· καὶ ἐν οἷς διαφωνοῦντες οὐ πρὸς τὰ φαινόμενα τὰς ἀποφάσεις πεποίηνται.

Πρῶτον μὲν οὖν ὁ Ἄρατος ὑποδεῖξαι βουλόμενος πῶς διὰ τῆς ἀνατολῆς, καὶ τῆς δύσεως τῶν ἄστρων ἐπιγνωσόμεθα τὰς ὥρας τῆς νυκτός, λέγει ταυτί·

Οὔ κεν ἀπόβλητον δεδοκημένῳ ἤματος εἴη
Μοιράων σκέπτεσθαι, ὅτ' * ἀντέλλωσιν ἑκάστη.
Αἰεὶ γὰρ τάων γε μιῇ συνανέρχεται αὐτὸς
Ἥλιος, τὰς δ' ἄν κε περισκέψαιο μάλιστα
Εἰς αὐτὰς ὁρόων. αὐτὰρ ἢν νεφέεσσι μέλαιναι
Γίνοιντ', ἢ ὄρεος κεκρυμμέναι ἀντέλλοιεν·
Σήματ' ἐπερχομένοισιν ἀρηρότα ποιήσασθαι·
Αὐτὸς δ' ἂν μάλα τοι κεράων ἑκάτερθε διδοίη
Ὠκεανός· τά τε πολλὰ περιστρέφεται ἑοῖ αὐτῷ
Νειόθεν, ὁππῆμος κείνων φορέῃσιν ἑκάστην.

Φησὶν οὖν ἐν τούτοις μάλιστα μὲν ἡμᾶς ἐπιγνώσεσθαι τὴν ὥραν, ἐὰν αὐτῶν τι τῶν ιβ' ζῳδίων θεωρῶμεν ἀνατέλλον. τὸν γὰρ γινώσκοντα ἐν ᾧ ἐστιν ζῳδίῳ ὁ ἥλιος, καὶ καθ' ὃ μέρος αὐτοῦ, καὶ διότι ἐν πάσῃ νυκτὶ ἓξ ζῴδια ἀνατέλλει, ῥᾳδίως ὑπελάμβανεν συνήσειν ἐκ τοῦ ἀνατέλλοντος ζῳδίου, τὴν τῆς νυκτὸς ὥραν. εἰ μέν τοί γε ἢ διὰ ὄρη, ἢ διὰ νέφη, μὴ εἴη φανερὸν τὸ ἀνατέλλον ζῴδιον, ἐκ τῶν λοιπῶν ἀστέρων, τῶν ἐκτὸς τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, κειμένων δ' ἐγγὺς τοῦ ὁρίζοντος, ἐπιγνώσεσθαι ἡμᾶς τὸ ἀνατέλλον ζῴδιον, ἐὰν ἴδωμεν ποῖα τῶν ἄστρων ἑκάστῳ ζῳδίῳ συνανατέλλει, ἢ συγκαταδύνει.

Πρῶτον μὲν οὖν ἀγνοεῖ ὑπολαμβάνων ἀρκεῖν πρὸς τὸ τὴν ὥραν ἐπιγνῶναι τῆς νυκτὸς τὸ συλλογίσασθαι πόσα ἔτι ζῴδια καταλείπεται εἰς τὴν τοῦ ἡλίου ἀνατολήν. τοῦτο γὰρ ἐγίνετο εἰ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἓν ἕκαστον τῶν ζῳδίων ἀνέτελλεν. ἐπεὶ δὲ μεγάλην εἶναι συμβαίνει διαφορὰν ἐν ταῖς ἀνατολαῖς τῶν ιβ' ζῳδίων, ἀγνοήσει τὴν τῆς νυκτὸς ὥραν ὁ τῷ προειρημένῳ συλλογισμῷ χρώμενος. μάλιστα δ' ἄν τις θαυμάσειε πῶς καὶ ὁ Ἄτταλος συγκατατίθεται τούτῳ. λέγει γὰρ τὸν τρόπον τοῦτον· ἐν δὲ τοῖς ἐχομένοις πειρᾶται ὑποδεικνύειν, πῶς ἄν τις διὰ τῶν ἄστρων δύναιτο τὴν ὥραν τῆς νυκτὸς ἐπιγινώσκειν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ἀρχὴ νυκτὸς ἡλίου δύσις· ὁ δὲ ἥλιος ἀεὶ ἔν τινι τῶν ιβ' ζῳδίων ἐστίν, δῆλον ὅτι τῷ γινώσκοντι ἐν τίνι τε ζῳδίῳ ὁ ἥλιός ἐστιν, καὶ ἐν πόσῃ μοίρᾳ τοῦ ζῳδίου, ῥᾴδιόν ἐστιν ἐπιγνῶναι, καὶ ποῖον

sui parte sub initium noctis oriatur. Quippe pars ei, quam sol obtinet, ex diametro respondens, ineunte nocte conscendet. Hoc quisquis antè didicerit, & cognorit, in omni nocte sex ab oriente signa consurgere, non ignorabit quanta pars noctis transacta fuerit, & quantum ex ea ad ortum usque solis supersit.

Præterea hoc ambo illi nequaquam animadverterunt, tametsi illud ipsum signum exortum jam esse viderit quispiam, non posse tamen ratione ista, quam diximus, certam noctis horam cognoscere. Etenim si constellatarum, & aspectabilium imaginum quælibet parte una duodecima zodiaci definiretur, sola temporum in ortibus inæqualitas errorem nobis offerret. Sed quoniam neque cum segmentis ipsis adæquantur quæ à nobis cernuntur imagines, neque propriis in locis sitæ sunt omnes: sed quædam dodecatemorio suo minores; quædam majores multò sunt. ut exempli causâ, Cancer ne tertiam quidem segmenti sui partem occupat: contrà Virgo de Leone, ac Chelis decerpit aliquid: Piscium australior totus ferè in Aquarii dodecatemorio positus est. qui fieri potest, ut ex ejusmodi signorum duodecim exortu noctis hora colligatur? Cùm autem ex illis etiam aliqua zodiaco circulo non tota contineantur, sed multò borealiora sint, velut Leo & Piscium borealior; evidens est, illorum rationem ab ortu apparentium imaginum aberraturam esse longiùs.

Primùm enim stellata Cancri imagine jam exorta, Leonis caput in eo, quem statuimus, horizonte conscendit unà cum octava parte Cancri. Igitur Aratus Leonis caput oriri prospiciens, ac Leonis dodecatemorium putans ascendere, sesquihorâ integrâ falletur. Item Scorpius occidere incipit oriente parte 13 media Arietis. totus verò sub horizontem conditur oriente sexta Tauri parte. quæ nos omnia in nostra de coortibus disputatione demonstravimus. Apparet ergo, non solùm quòd duodecim imagines inæqualibus temporibus ascendunt; sed etiam quòd aliis aliæ majus spatium occupant; & sine ordine collocatæ sunt; plurimùm in æstimanda hora deceptum iri, qui ex apparentibus simulacris signorum duodecim conjectari voluerit. Horam itaque noctis nec exactè posse, neque proximè deprehendi, si ortivum signum intueamur, ex iis, quæ sunt dicta, liquidò constat.

Deinceps igitur, ut hoc sumamus, coortus ab illo siderum, oppositósque descensus ad zodiaci circuli segmenta, non ad stellatas imagines esse descriptos; videamus quidnam in istis consentaneè iis, quæ videntur in mundo, vel dissentaneè sit dictum. In quo primum illud intelligendum est, zodiaci circuli partitionem ab Arato sic institui, ut à Tropicis, & æquinoctialibus punctis incipiat, eâque sint initia signorum. Eudoxus autem ita dividit, ut illa puncta media sint, illa Cancri, & Capricorni; hæc Arietis, & Chelarum. Quod ad Aratum spectat, satis ex iis ostendit se illa puncta in signorum suorum initiis ponere; quòd de circulis quatuor differens, tropicis videlicet duobus, æquinoctiali, & zodiaco; tres quidem illorum oriri, & occidere parallelos invicem scribit; & horum singulos in uno, eodémque puncto oriri ait aut occidere: zodiacum autem in tanto horizontis arcu ortus, occasúsque facere, quantus ab ortu Capricorni, ad ortum Cancri pertinet. quod iis verbis explicat: III.

Zodiaci partitio Arate initio signorum, contrà quàm Eudoxus, instituit.

Atque ii quidem oriuntúrque, & ex adverso infernè occidunt
Omnes æquidistanter: unus autem est ipsorum cujusvis
Ordinatim utrimque descensus, ascensúsque.
Verùm iste Oceani tantum pertransit aquam,
Quantum à Capricorno ascendente maximè,
Cancrum ad ascendentem volvitur.

Ex his liquet tropica puncta in signorum initiis ab illo constitui; alterum in Cancri; alterum in Capricorni principio. Quippe zodiacus exoriens horizontis arcum ab iis punctis in illorum signorum ortibus definitum permeat. Idem etiam declarare videtur his versibus, quos de Leone cecinit:

Ibi quidem solis ardentissimi sunt cursus.
Ac tum spicis vacua cernuntur arva,
Sole primùm ad Leonem accedente.

Etenim sub exortum Canis æstus intenditur. Oritur verò post xxx circiter dies ab æstivo solstitio. Quare post totidem dies, ex illius opinione, sol Leonis initium

ζῴδιον ἐν ἀρχῇ τῆς νυκτὸς ἀνατέλλει, καὶ ποία μοῖρα. τῇ γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κατεχομένῃ μοίρᾳ ἡ κατὰ διάμετρον κειμένη τὴν ἀνατολὴν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς νυκτὸς ποιήσει. τοῦτο δὲ προεισηγηκώς, καὶ ἐπεγνωκώς, ὅτι ἐν πάσῃ νυκτὶ ϛ' ζῴδια πρὸς τῇ ἀνατολῇ ἀνίσχει, γνώσεται καὶ πόσον τῆς νυκτὸς παρεληλυθός ἐστι, καὶ πόσον τὸ λοιπὸν ἕως τῆς τοῦ ἡλίου ἀνατολῆς.

Μετὰ δὲ ταῦτα λέληθεν ἀμφοτέρους αὐτούς, ὅτι οὐδ' ἂν αὐτὸ τὸ ζῴδιον βλέπῃ τις ἀνατεταλκός, δυνατός ἐστιν ἀκριβῶς τὴν ὥραν τῆς νυκτὸς συλλογίσασθαι κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον. εἰ μὲν γὰρ ἕκαστον τῶν ἠστερισμένων, καὶ βλεπομένων ζῳδίων συνεπληροῦτο καθ' ἓν δωδεκατημόριον τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου, παρ' αὐτὴν μόνην τὴν ἐν ταῖς ἀνατολαῖς τῶν χρόνων ἀνισότητα διεπίπτομεν. ἐπεὶ δὲ οὐδὲ τοῖς δωδεκατημορίοις ἴσα ἐστὶ τὰ φαινόμενα ζῴδια· οὔτ' ἐν τοῖς ἰδίοις κεῖται τόποις ἅπαντα· ἀλλά τινα μὲν αὐτῶν ἐλάσσονά ἐστιν τοῦ δωδεκατημορίου· τινὰ δὲ πολλῷ μείζονα· καθάπερ εὐθέως ὁ μὲν καρκίνος οὐδὲ τὸ τρίτον μέρος ἐπέχει τοῦ δωδεκατημορίου· ἡ δὲ παρθένος καὶ τοῦ λέοντος, καὶ τῶν χηλῶν ἐπιλαμβάνει· τῶν δὲ ἰχθύων ὁ νοτιώτερος ὅλος σχεδὸν ἐν τῷ τοῦ ὑδροχόου κεῖται δωδεκατημορίῳ· πῶς ἂν εἴη δυνατὸν ἐκ τῆς τοιαύτης τῶν δώδεκα ζῳδίων ἐπιτολῆς, τὰς νυκτὸς ὥρας συλλογίσασθαι, ὅταν δέ τινα αὐτῶν μηδὲ ἐν τῷ ζῳδιακῷ κύκλῳ τυγχάνῃ ὅλα κείμενα, ἀλλὰ πολλῷ βορειότερα· καθάπερ ἔχει ὅ τε λέων, καὶ ὁ βορειότερος τῶν ἰχθύων· δῆλον ὅτι πολλῷ μᾶλλον ἀγνοήσει τὰς ὥρας ὁ ἐκ τῆς ἀνατολῆς τῶν φαινομένων ζῳδίων συλλογισμὸς αὐτῶν.

* λείπει τό. Εὐθέως οὖν * τοῦ ἠστερισμένου καρκίνου ἀνατεταλκότος, ἡ τοῦ λέοντος κεφαλὴ ἀναφέρεται ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ὁρίζοντι, συνανατελλούσης αὐτῇ τῆς η' μοίρας τοῦ καρκίνου. ὁ Ἄρατος θεωρῶν τὴν κεφαλὴν τοῦ λέοντος ἀνατέλλουσαν, καὶ ὑπολαμβάνων τὸ κατὰ τὸν λέοντα δωδεκατημόριον ἀναφέρεσθαι, τελείοις ὅλοις ἡμιωρίοις ἀγνοήσει. πάλιν ὁ μὲν σκορπίος ἄρχεται μὲν δύνειν ἀνατελλούσης κριοῦ μοίρας τρισκαιδεκάτης μέσης· ὅλος δὲ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα γίνεται ἀνατελλούσης τῆς ϛ' μοί. τοῦ ταύρου. ἀποδεδείχαμεν γὰρ τὰ τοιαῦτα πάντα ἐν τοῖς περὶ τῶν συνανατολῶν. δῆλον οὖν ὅτι χωρὶς τοῦ ἐν ἀνίσοις χρόνοις τὰ ιβ' ζῴδια ἀναφέρεσθαι, διὰ τὸ καὶ ἀνισομεγέθη εἶναι τὰ ζῴδια, καὶ ἀτάκτως κεῖσθαι, πολλὰ διαμαρτήσεται τῇ ὥρᾳ ὁ πρὸς τὸν φαινόμενον ἀστερισμὸν τῶν ιβ' ζῳδίων τὸν συλλογισμὸν ποιούμενος· ὅτι μὲν οὖν ἀδύνατον ἀκριβῶς, ἢ ὡς ἔγγιστα, τὴν τῆς νυκτὸς ὥραν ἐπιγνῶναι εἰς τὸ πρὸς τῇ ἀνατολῇ ζῴδιον ἀναβλέψαντας, ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστὶ φανερόν.

Ἐχομένως δὲ ὑποθέμενοι τὰς συνανατολὰς αὐτῷ, καὶ τὰς ἀντικαταδύσεις τῶν ἄστρων πρὸς τὰ δωδεκατημόρια τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου πεπραγματεῦσθαι, καὶ μὴ πρὸς τὰ ἠστερισμένα, ἐπισκεψώμεθα καὶ τὰ ἐν αὐταῖς συμφώνως, ἢ διαφώνως λεγόμενον πρὸς τὰ ἐν τῷ κόσμῳ φαινόμενα. προδιειλήφθω δὲ πρῶτον ὅτι τὴν διαίρεσιν τοῦ ζῳδιακοῦ κύκλου ὁ μὲν Ἄρατος πεποίηται ἀπὸ τῶν τροπικῶν τε, καὶ ἰσημερινῶν σημείων ἀρχόμενος· ὥστε ταῦτα τὰ σημεῖα ἀρχὰς εἶναι ζῳδίων· ὁ δὲ Εὔδοξος οὕτω διῄρηται, ὥστε τὰ εἰρημένα σημεῖα μέσα εἶναι· τὰ μὲν τοῦ καρκίνου, καὶ τοῦ αἰγόκερω· τὰ δὲ τοῦ κριοῦ, καὶ τῶν χηλῶν. ὁ μὲν οὖν Ἄρατος διὰ τούτων μάλιστα φανερὸς γίνεται τὰ εἰρημένα σημεῖα ἐν ταῖς ἀρχαῖς τιθεὶς τῶν κατ' αὐτὸν δωδεκατημορίων. περὶ γὰρ τῶν δ' κύκλων λέγων, δύο τῶν τροπικῶν, καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, καὶ τοῦ ζῳδιακοῦ, τοὺς μὲν γ' φησὶν ἀνατέλλειν τε, καὶ δύνειν παραλλήλως ἑαυτοῖς· καὶ ἕκαστον αὐτῶν καθ' ἕν, καὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον ἀνατέλλειν, καὶ πάλιν δύνειν· τὸν δὲ ζῳδιακὸν ἐν τῇ τοιαύτῃ περιφερείᾳ τοῦ ὁρίζοντος τὰς ἀνατολάς, καὶ δύσεις ποιεῖσθαι, ἡλίκην παραχωρεῖ ἐν αὐτῷ ἀπὸ τῆς τοῦ αἰγόκερω ἀνατολῆς, ἕως τῆς τοῦ καρκίνου ἀνατολῆς. λέγει δὲ οὕτως·

Καὶ τὰ μὲν ἀντέλλει τε, καὶ ἀντία νειόθι δύνει,
Πάντα παρβλήδην· μία δὲ σφέων ἐστὶν ἑκάστου
Ἑξείης ἑκάτερθε κατηλυσίη, ἄνοδός τε.
Αὐτὰρ ὅ γ' Ὠκεανοῖο τόσον παραμείβεται ὕδωρ,
Ὅσσον ἀπ' αἰγοκερῆος ἀνερχομένοιο μάλιστα,
Καρκίνον εἰς ἀνιόντα κυλίνδεται. ———

Δῆλον οὖν ἐκ τούτων ὅτι τὰ τροπικὰ σημεῖα ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὑποτίθεται. τὸ μέν, ἐν τῇ τοῦ καρκίνου· τὸ δ', ἐν τῇ τοῦ αἰγόκερω. τὴν γὰρ ὑπὸ τούτων τῶν σημείων ἐν ταῖς ἀνατολαῖς αὐτῶν ἀποτεμνομένην τοῦ ὁρίζοντος περιφέρειαν ὁ ζῳδιακὸς ἀνατέλλων ἐπιπορεύεται. δόξαι δ' ἂν ἐμφαίνειν τοῦτο καὶ ἐξ ὧν περὶ τοῦ λέοντος λέγων, φησίν·

Ἔνθα μὲν ἠελίοιο θερείταταί εἰσι κέλευθοι.
Αἱ δέ που ἀσταχύων κενεαὶ φαίνονται ἄρουραι,
Ἠελίου τὰ πρῶτα συνερχομένοιο λέοντι.

περὶ γὰρ τὴν τοῦ κυνὸς ἀνατολήν, καὶ τὰ καύματα μάλιστα γίνεται. αὕτη δὲ γίνεται μετὰ λ' ἔγγιστα ἡμέρας ἀπὸ τῆς θερινῆς τροπῆς. μετὰ τοσαύτας ἄρα ἡμέρας ἔγγιστα κατ' αὐτὸν ὁ ἥλιος